



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 46. Rex Cæsareos insequi paratus contra Sanorium consilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

mo; alter extitit Henricus Gallici Re- Sæcul. XVI.
A.C. 1524.
gni Successor; tertius denique Carolus
Aureliæ, Borbonii, Engolismæ, & Ca-
stri Heraldi Dux, Franciæ Par, ac Cu-
bicularius, natus die vigesima secunda
Januarii sub annum Christi millesimum
quingentesimum vigesimum secundum.
Inter Filias prima, die decima nona A-
prilis Anno millesimo quingentesimo
decimo quinto lucem aspexit Ludovica,
biennio post die vigesima prima Se-
ptembris vivis erepta: Anno autem
millesimo quingentesimo decimo sexto
die vigesima tertia Octobris nata est Ca-
rolina, quæ itidem anno post Christum
natum millesimo quingentesimo vigesi-
mo quarto die octava Septembris ani-
mam Deo reddidit. Tertia erat Mag-
dalena nata die decima Augusti anno
millesimo quingentesimo vigesimo, ul-
tima denique extitit Margarita Bituri-
ensis Ducissa, quæ orbem ingressa est
die quinta Junii Anno Incarnationis
Dominicæ millesimo quingentesimo vi-
gesimo tertio.

§. XLVI.

*Rex Cæsareos insequi paratus contra
Saniorum consilia.*

Ceterum Galliarum Regem Reginæ *Mem. dn'*
Bellai. 2.
Guic. I. 15.
obitus haud adeo turbabat, quo mi-
nus,

Sæcul. XVI. nus, licet Mensis October ad medium
A. C. 1524. vergeret, cum suo exercitu Alpes trans-
 scenderet. Dissuadebant Regi hoc iter
 tam ejus Ministri, quam Belliduces, ipsa
 etiam Sabaudiæ Princeps ejus Mater
 missis tribus omnino cursoribus tabella-
 riis iterum iterumque Regem obsecra-
 bat, ut discessum differret: Verum Fran-
 ciscus jocando Ministris suis reposuit:
 remaneant domi, qui frigus sustinendo
 impares sunt, Matri vero suæ nunciari
 jussit, se concessæ administrationis di-
 ploma eidem missurum, ceterum unice
 eo curas suas intendat, ut hujus rescri-
 pti auctoritas comprobetur, ipsaque
 juxta illud regni salutem procurare stu-
 deat. Rescripsit illa Regi, se ad eum
 proxime accessuram, cum maximi mo-
 menti res haberet, quas illi communi-
 caret, nec tamen calamo aut cuicunque
 alteri personæ confidere posset: Cui re-
 posuit Rex, ut labori ad eum accedendi
 parceret, eoque jam tantum itineris
 confecisset, ut eum assequi haud ultra
 valeret.

§. XLVII.

*Rex cum suo exercitu versus Medio-
 lanum progressus.*

Ant. de Vera l. cit. p. 94. **I**gitur Rex iter suum strenue prosequen-
 batur, secumque ducebat viginti per-
 ditum